



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis**

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

1. Par. 29 Domine Deus in simplicitate cordis, & c. sumptum est ex eo, quod Salomon in dedicatione templi hostiam obtulit, cuius exēplo se & dona sua offert populus Domino. Postmodum corporalia super Altare disponuntur: unde sicut in syndone mundata linea corpus Christi erat inuolutum ita debent esse corporalia simplicitate linea, non serica, imò sine tinctura & secundū consuetudinem Romanae curiae, unum expansum, & alterum super calicem plicatum, ut in plicato accipiamus fidem, & in expanso cognitionem, ut quod corde credimus, cognoscere valeamus. Et haec de antecedentibus ad Canonem sufficiant

## CAP. XXVII.

De his, quae fiūt à Saacer. dote post Offerro. sium.

**P**ost oblationē temporalem prosequitur Sacerdos oblationem spiritualem: sed antequā ingredietur Canonem, accipit patenam & urceo.

urceolum, calicem & incensum: patenam cum hostia, urceolum cum aqua, calicem cum vino, thuribulum cum incenso, efficit super ea crucis signum: quae omnia habent sensum mysticum. Incensum enim deuotionis odolendum est in thuribulo cordis, igne charitatis, ut emittat odorem suauitatis: per patenam uero, quae à patendo dicitur, cor patens & charitate dilatatum designatur, ut ambulet in latitudine charitatis, qui uult esse minister, aut particeps Sacramenti altaris. Absconditur autem patena sub corporali, ut designetur timor & latibulum, quo latuerunt in passione Christi Apostoli. Inclinatorum Sacerdos ad populum orat ut oretur pro eo: & deinde orat pro populo typum Christi gerens, qui pro se orauit dicens: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum. Et deinde pro populo sibi credituro: Pa-

Ioan. 17. *ter sancte serua eos, quos dedisti*  
*hi, ut sint unum sicut & nos. De*  
*de accedit ad praefationem, quae*  
*citur preloquutio, hoc est, ad myste*  
*rium preparatio. Orat autem vo*  
*demissa, representans silentiū Ch*  
 Esa. 53. *sti in passione factum: quia sicut*  
*ouis ad occisionem ductus est,*  
*sicut agnus coram tondente se ob*  
*mutuit, & non aperuit os suum:*  
*dicitur submissè propter reueren*  
*tiam. Unde legimus quosdam pa*  
*stores ultione diuina percussos, qui*  
*super quendam lapidem panem pe*  
*suerunt, & verba Canonis proferen*  
*tes, percussi sunt à domino. Ex tum*  
*ordinatum est, ut de cetero diceret*  
*tur silēter, quod prius dicebatur pa*  
*tenter, sed in fine eleuat vocem suā*  
*dicēs, Per omnia secula seculorum.*  
*quia querit eleuationem & exal*  
*tationem praecipuè in coelo, &, quia*  
*hoc mysterium nullus ratione na-*  
 tura-

TRACTAT. 79

turali potest cōprehendere, ideò mo-  
net sursum corda habere; & ideò  
statim adiungit se Angelis, hymnū  
dicens angelicū: Sanctus, Sanctus,  
&c. Qui partim verba habet ange-  
lica, scilicet, Sanctus, sanctus, &c.

Sicut patet in Isa. partim humana, Esa. 6.  
sicut patet ex Euāgelio, q̄a qui praei-  
bant & qui sequebantur, clamabāt:  
Osanna, &c. Benedictus qui venit Matt. 21.  
in nomine domini. Hic aut̄ quidam  
Missam incipere dixerunt, eò quod  
in primitiua Ecclesia Catechumeni  
solebant interesse celebrationi Mis-  
sa usq; ad Consecrationem, & tunc  
clamabat Diaconus: Catechume-  
ni exeant foras, & quia foras mitte-  
bantur, ideò Missa dicebatur.

CAP. XXVIII

**S**acerdos igitur secretum Missae Conueni-  
celebrans, representat ea, quae entia Sa-  
olim faciebat Pontifex intra san- cerdotis  
cta sanctorum, & quae CHRI- legalis in-  
trātis ad-  
stus.